1731 Bogorynieny 1

Actus Visitationis Ecclesiæ Parochialis Cimkovicensis Anno 1731. Mensis July 28. die

# Visitatio cibory.

Tabernaculum sculptum in partibus deauratum et intus argento depictum, in quo Sssis Argentea, cuppa intus et adextra deaurata, cum operculo et cruce similiter deauratis, in qua tempore Visitationis repertæ particulæ consecratæ quatuor pro infirmis, consecratæ 26. Præsentis, prout ex tabula in sacristia appensa deductum. Corporale Eidem substratum mundum. Clausura bona, clavis asservatur seorsive conscio Parocho et commendario, Lampas nonnisi festis diebus ardet ob defectum sumptuum.

# Visitatio Fontis.

Fons ex Aere fusus, adintra stanneo linitus cum omni munditie in Vigilia Pentecostes hoc anno consecratus, in vase simpliciter elaborato, picturis itidem simplicibus adornato, absque Figura S. Ioannis Xtum Baptisantis, loco cujus Figura Xti Dni; cum sera pendente.

# Visitatio Oleorum Sacrorum.

Olea sacra in vase stanneo Præsenti anno put deductum ex attestatione Vice Custodis Vilnensis consecrata, asservantur ad partem Baptisterij in armariolo cum clausura separata a Baptisterio.

# Visitatio Religviarum.

In hac Ecclesia reperitur insignis religvia S. Casimiri, ex capella Cathedræ Vilnen. a Rdo Defuncto Sæ Mæ Illmo Constantino Brzostowski extraditæ, prout ejus attestatio sub die 17. Iuny 1721. anni obloquitur, in teca, seu depositorio sculpto, deargentato, asservata.

# Visitatio altarium.

Altaria reperiuntur tria, arte Optica optime elaborata, unumquodque tribus tobaliis et portatilibus adornatum, cum crucifixo, candelabris, manupedio, antipendijs, alijsque pro Missæ celebratione requisitis. Altum altare

parvum Divi Casimiri, itidem ut alia adornatum, uti res plenius exprimitur in Inventario Visitationis Decanalis sub Anno 1726. 22. Maij.

## Visitatio Suggestus.

Suggestus in fine primae navis Stolarską robotą elaboratus, varijs picturis, Animalia Evangelica exprimentibus decoratus, ingressus ad illum ex Sacristia.

## Visitatio Scamnorum Confessionalium.

Scamna hinc inde opera Lignifabri cum picturis, quinque, hinc inde, duo in prima navi post cancellos, seu scamna communicantium; Confessionalia ad januas Ecclesiae duo commoda pro populo et Sacerdote.

## Visitatio Chori.

Chorus in Ecclesia commodus, in quo organa cum 7 vocibus ante aliquot annos reparata, in quo graduale parvum et Breviarium, item Graduale impressum Gotico charactere antiquum.

## Visitatio Fabricae.

Ecclesia lignea cum Majore et Minore navi, vetustate quidem consumpta, in parietibus, sed nunc pridem impositis novis trambibus, tribus circumcirca reparata, columnis hinc inde per parietes transfratis roborata, cum Fenestris sex ex plumbo et vitro novis extructis, Sufitus in ea, alias Polzdarcie, pavimentum in tota Ecclesia integrum z cegieł, praeterquam in atrio, ubi requiritur pavimentum.

## Visitatio Sacristiae.

Ad partem Evangelij Sacristia itidem lignea cum duabus januis et armario extra et seratura bona, in qua Fenestra una, ad quam crates ferrea, Mensa in eadem cum armarijs commodis pro servandis paramentis Ecclesiasticis, Fornax z kafli zielonej.

## Visitatio Argenteriae et apparamentorum.

Haec omnia quia in Inventario Anni 1726. supra memorato distincte habentur, ideo hoc loco omissa descriptione ad ulteriora processi.

## Visitatio Campanilis et Coemeterij.

Campanile ligneum a annis decem circiter extructum tegulis contectum, in quo reperiuntur tres campanae, una

justi ponderis, altera minor, tertia minima pro dando Signo, alias Signaterz. Cæmeterium licet reperiatur ~~Septimo~~ Ortum, nihil omnino in partibus indiget reparatione; ad hoc cæmeterium janua Major ex asseribus & ad partem portula, alias Fortka:

## Visitatio Ordinis, quo peragitur devotio diebus Dominicis & Festis.

In primis tempore matutino canitur unum Nocturnum cum Evangelio & homilia, sequitur postea decantatio Officij de Immaculata conceptione in Choro, tandem fit Missa cantata ante decimam, cum contione, Exhortatione, vel doctrina catechetica, post Missam, vel ante temporis commoditate dicuntur preces cum Populo juxta libellum ex Synodo injunctum. Pomeridiè horâ 3tiâ Vesperæ cum Organo decantantur.

## Visitatio Obligationum.

Ex Literis Fundationis non sunt obligati Sacerdotes hujus Ecclesiæ, etiam ad ullam Missam, ex gratitudine tamen Admodum Rndus Dnus Rector curat fieri suffragia pro Fundatoribus, collatoribus, Benefactoribus &. 2do absolvitur Missa pro Parochianis juxta Synodum, quia tamen in hac Ecclesia ad altare S. Casimiri habetur altaria fundata à Rdo defuncto Samuele Sottowski Parocho quondam Cimkovicensi in Summa quinque Millium & centum Florenorum computando unumquemque Imperialem sex florenis, & Tinfonem uno florenos: quæ Summa est locata in Synagoga Stucensi; ideo per Altaristam debent absolvi singulis Septimanis duæ Missæ ~~prout in Litis Fundationis~~ ubi habetur præterea obligatio præter dictas Missas, singulis Mensibus unam Missam cantatam absolvendi, de Sanctissima Trinitate, alteram de requiem, prout plenius in Literis Fundationis. Insuper pro Anima Rdi Defuncti Lucæ Dtuski debet absolvi qualibet hebdomada Missa una, ex legatione Ejusdem, qui duo Millia Florenorum Polonicalium ad eum effectum contulit Ecclesiæ Cimkovicensi, & hæc Summa est locata in bonis Skiepiów, alias Skiepiow, nunc in Possessione Celsissimi Principis Radiwily Incisoris M. D. L. & habetur libellus pro connotatione suffragiorum.

## Visitatio Statuum Animarum.

Hic liber tempore Arenæ, licet quidem in Rapsodio connotatus

verum indiget perfectione descriptione.

## Visitatio Limitum Parochiæ.

Hi non habentur Authentice descripti, sed tamen nulla est controversia inter Parochos ratione Parochianorum, quia ab antiquo, quæ curiæ & Villæ pertinebant ad hanc Parochiam, etiamnunc pertinent.

## Visitatio Xenodochij.

Hoc etsi habetur non procul ab Ecclesia, & reperiuntur tres Vetulæ Plebejæ, nullus tamen habetur pro eo fundatio, sed tantummodo ex pietate variorum Parochianorum & Ipsius Parochi sustentantur; Schola Parochialis nulla est, sed est Organarius locatur in Manso Plebanali dimidio, qui insuper accipit Salarium 120. Florenorum in paratis. In hac Parochia habentur Ecclesiæ Græco-unitæ 7. Synagoga Judæorum una absque facultate Episcoporum (: ut supponitur :) erecta quia Judæj requisiti per Me varijs rationibus, effugiendo onus docendi de sua subsistentia & erectione Synagogæ non fuerunt comparere, idem cœmeterium circa scholam inceperint extruere, quod nullibi reperitur. Apud Eosdem conservantur in obsequijs homines Christiani utriusque sexus, non sine periculo abusus.

## Visitatio domus Plebanalis.

Hæc prope ad Ecclesiam nunc extruitur, & perfecta structura ad trabes, poterit consumari opus ante hyemem, nunc vero præter unum depositorium, alias Swiren, nullum habetur ædificium.

## Visitatio Fundorum ad Ecclesiam.

Hi pro Parocho nulli habentur, nec quidem hortus pro oleribus, sed tantummodo reperitur unus mansus Ecclesiasticus, cujus dimidium tenet Organarius, & alterum Sacristianus.

## Visitatio Prædij Parochialis Pruski nuncupati distantis quartâ parte Milliario ab Ecclesia.

Hoc, quia in seorsivo ad præsens confecto Inventario plenarie describitur, unâ cum Subditis & Villis ac fundis spectantibus ad hocce Prædium, ideo hoc loco intermittitur.

## Visitatio Personæ Parochi.

Ecclesiam hanc & Parochiam regit Illris Admodum Rndus Dnus Georgius Xaverius Cyprynski Piekarz, Philosophus Biennalis Kleviscensis, Linguam Lithvanicam ignorat, Canonicus Smolenscensis ex Præsentatione Serenissimi Augusti. Babtisatus Anno 1678. Aprilis 20. die. Formatas omnes habet

ex quibus constat, quod in Presbyterum consecratus a
Zgirski Eppo ~~Ludensensi~~ protunc Martiriensi die
Martij Anni 1704. ad Provisionem Celsissimi Principis
Joannis Radziwił Maioris M. D. L. Presentatus ab eodem
ad hanc Ecclesiam sub Anno 1708. 23 Julij institutus ab Illmo
Brzostowski eodem Anno 24. Augusti. Approbatus etiam a
reservatis ad annum, a ie 29. Aprilis Anni currentis 1731.
Indultum pro Ecclesia non consecrata
Introductionem non exhibuit, nec Inventarium ullum circa captam possessionem, sed dixit

1731. Julii 28. Actus Visitatio
nis Eccle Paroch: Cimkowicensis.

N 11